Lat. 7297 Fasti.

Ceu sexagenos lecto de rure maniplos
Pagina sacratę clamat prodire grafiae.
Alludit vei numerolis centesimus almae.
Nam cum quisque solet numeros inquirere certos.
Exprimit in dextra centum quos parte sinistra
Fecerat esse decem. simili molimine utrumque
Compingens digitum. talis nos quippe figura.
Cum quasi centenos cordis de cespite fructus
Summa operis certi completos reddimus omnes.
Virginei meriti signat sperare coronam.
Pectoreis igitur sacrati semina verbi
Auribus arripiat. terrae quoque condite mandet
Illa bonę. et servans fructus perduret adusque
Qui cupit aeternae nanciscì premia vitę.
EXPLICIUNT FELICITER AMEN.

3 vv { Me legat ~ ~
~ ~ memor esto.